Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



DANIEL

cuiquam liceat. Porro rex darius
proposuit edictum et statuit. Quod
cum daniel comperisset. i. statutum
lesem. Ingressus est domum suam
et fenestris apertis in cenaculo
suo contra therlim tribus temporib:
in die flectebat genua sua. et adora
bat confitebatur q; coram deo suo
sicut et ante facere consueuerat.
Viri igitur illi curiosius inquiren
tes inuenerunt danielem orantem
et obsecrantem deum suum. Et ac
cedentes locuti sunt regi super edicto
dicentes. Nunquid rex non constitu
isti ut omnis homo qui rogaret
quemquam de diis et hominibus usq;
ad dies triginta nisi te rex mitteret
in lacum leonum. Ad quos respon
dens rex ait. Verus est sermo iuxta
decretum medorum atq; persarum.
quod preuaricari non licet. Tunc res
pondentes dixerunt coram rege.
Danielem de filiis captiuitatis iude
non curauit de lege tua et de edicto
quod constituisti. sed tribus tempo
ribus per diem orat deum suum obsec
cone sua. Quod uerbum cum au
disset rex. satis contristatus est. et
pro daniele posuit cor ut liberaret
eum et usq; ad occasum solis laora
bat ut eueniret illum. Viri autem illi
intellexerunt regem dixerunt illi
Scito rex. quia lex medorum et Ar
persarum. ut omne decretum quod
constituit rex non liceat in mutari
Tunc rex precepit et adduxerunt
danielem. et miserunt eum in la
cum leonum. Dixit q; rex daniel

Deus tuus quem colis semp. ipse
liberabit te. Et allatus est lapis
magnus et positus super os lacu. quem
obsignauit rex annulo suo et annulo
optimatum suorum. ne quid fiere
contra danielem et abiit rex in do
mum suam et dormiuit in cenaculo
ubi q; non sunt allati coram eo mu
ser. et somnus recessit abeo. Tunc
rex primo diluculo consurgens fes
tinus ad lacum leonum perrexit. ap
propinquauit q; lacui ad danielem
uoce lacrimabili inclamauit et ait
fatus est eum. Daniel serue dei vi
uentis. deus tuus cui tu seruis sp
putas ne ~~valeat~~ valuit te liberare
a leonibus. Et daniel regi respon
dens ait. Rex in eternum uiue. Deus
meus misit angelum suum et con
clusit ora leonum et non nocuerunt
mihi. quia coram eo iustitia inue
ta est in me. sed et coram te rex de
lictum non feci. Tunc rex ualde me
ter gaudens est super eum et dani
lem precepit ad dua de lacu. Educ
tus q; est daniel de lacu et nulla le
sio inuenta est in eo. quia credidit
deo suo. Iubente autem rege ad duc
ti sunt uiri illi qui accusauerant
danielem et in lacum leonum missi
sunt. ipsi et filii et uxores eorum et non
puenerunt ad pauimentum lacu
donec arripuerunt eos leones et omnia
ossa eorum comminuerunt. Tunc da
rius rex scripsit uniuersis populis tri
bubus et linguis habitantibus in
uniuersa terra. Pax uobis multi
plicetur. Ame igitur constituo e

118

Daniel.